

merito; se ex illis esse, quos ille prædestinavit ad gloriam? Nihil in hac re certi habemus; sed speramus, & spes hæc nostra nos consolatur. Idem Spiritus Sanctus in Scripturis nos docet bonam conscientiam, spiritum contritionis, exercitiam amoris Dei, patientiam in adversis, in erantibus, & agnitioibus nobis esse causam summæ lætitiæ, firmæque spei, quæ omnes timores nostros debet moderari. *Opera Spiritus Sancti in Biblia, & a Ponce.*

Saltem nostram operari debemus cum timore, contentam in materia de consuetudine in Deo Eccia. 2.

Sacræ literæ, quibus monemur, & cum timore feruimus Deo, salutemque nostram cum tremore operemur, nobis per hæc verba inuaniunt, quod alibi per os Sapientis dicant; neminem scire utrum amore sit dignus, an odio. Magna quidam felicitas est esse numero prædestinatorum ad vitam æternam; quos dedit Deus Filio suo, & quos nihil uellet de manibus ejus; verum quis novit an ipse ex hoc numero sit? Non vult Deus, secreta hæc nobis innotescere, vult solum nos Jargere ut certam uocationem nostram, & electionem faciamus per bona opera nostra. Non igitur pati debemus, cor nostram perpetua obtuli tristitia propter jugem ambiguitatem, in qua sumus electionis nostræ; Sanctus enim Petrus Apostolus docet, nos sanctum vitæ genus ducentes, & bona exercentes opera illam certam nobis facturos: tunc enim Spiritus Sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quod Deo famus fideles; sed quod qui hodie bene vivit, cras labi potest: opus est, ut interior voluptas, quæ perfunditur, sit cum humilii nostro infirmitatis timore conjuncta, quandoquidem ita natura facti sumus ut semper in terram inclinemus. *Tertius in Anno Christiano. Tomo 8.*

Ep. Per.

Per opera bona scribitur in libro vite, per mala vero perimuntur. *Tertius in Anno Christiano. Tomo 8.*

Cum Dei Filius dixit discipulis suis: Gaudete quod nomen vestra scripta sunt in libro vite, nequaquam illos prædestinos esse significavit; sed eos docuit, si prædestinatorum opera essent, ac fideles Deum consequerentur, sancte, ac pie vivendo, illos sperare posse, immo etiam debere, se in beatum numero futuros. Novit Deus, verum est, qui sui sunt; novit eos, qui peccata peccatorum victoriam sunt relaturi; non ille, nec alius, quilibet et nomina delet, quæ hoc pacto scripta sunt; nos vero, qui in fidei colligine vivimus, nolimus, ut ita dicam, per bona opera scribamur, & per peccata deleamur. Læti quidem possumus ob eam virtutem, quam hodie exercent; & ex conscientia nostræ testimonio aliquam percipere possimus consolationem; verum opus est ne hinc gaudium venenum asilat hæc vanitas, quæ crebro opera bona subsequitur; si enim Deus nosmet nobis traderet, in crastinum non estemus illius. Timeamus, ergo ne labamur, sed timeamus freti fore ut Deus nobis præstet auxilium, ut contempnam, quod incipimus per gratiam suam; & eas quas hæcenus largitus est nobis tanquam fualis gratiæ arthas inspiciamus. *Tertius in Anno Christiano. Tomo 8.*

Licet prædestinatorum secretum absolute nequaquam; non tamen deo minora facti nostræ invisibilis debentur.

Jerem. 18.

Rom. 9.

Ep. 54.

1. Petr. 1.

Retendunt est humana prædestinatio, & reprobationis secretum intelligi nequaquam posse; Dei de fato nostro providentiam admittibile esse, & ejus iudicia humanis esse mentibus inia. Ubi cogito terribilem tot peccatorum reprobationem, & aliorum quorundam gloriosam electionem, videre mihi videtur duo fictilia, quæ Deus olim Prophete Jeremiam ostendit, quorum alterum contractum est: *Dis scriptum est vas, quod ipse faciebat*, alterum vero conservatum est: *quia placuit culis ejus*. Levem nobis magni hujus secreti imaginem Sanctus Paulus Apostolus nobis tribuit his verbis: *Aliud nos in honorem, aliud in contumeliam*. Duo sunt vasa, inquit, alterum quidem honoris, contumeliæ alterum; non quasi inuere velit Deum esse damnationis eujusquam auctorem; cum ipse peccator sit æterni sui interitus causa; sed ut juxta ea, quæ docet Princeps Apostolorum, ipsi nobis electionem, salutemque nostram procuremus. Duorum horum casuum adeo discrepantium aptissimum in collegio Apostolico habemus exemplum. Quis non credidisset Apostolum a quo Dei Filius venditus fuit, electum, ut apud barbaras gentes nominis eisdem gloriam proferret, gratiam adeo sibi, immo, adeo parvo in discrimine esse habituram. Quis non cogitasset illum ad tantum dignitatis fastigium per meritum, seclam esse super unam ex duodecim filiis jacturatum duodecim tribus Israel, omnes videlicet populos terrarum? Attamen vir hic, quem tot beneficis Salvatore affecerat, qui unum erat cum illo: *timo unamini*, & *netus meus*, inquit Propheta, de tanta decidit dignitate. Huc usque evasit perdidit, ut benefactorem, Deumque suum proderet, atque venundaret. Cur hoc? Non quod Salvatore illum perdidit vellet, nullens aliquos perire, Sanctus Petrus ait: Sed quod miser uti noluit infinitis

propenodum gratis, quas illi Dominus adeo beneficis concesserat. *Auctor Retens.*

Jude reprobato nequaquam argumento est, quasi Deus illum ad provisionem adeo nefariam efficiendam procuraverit, sed iustitiam fuit fuisse infidelitatis, &que ingratitudeis supplicium. (cupiebant Domine ex eo eximium facultate virum esse, & reprobis infelix factus est. Longe plurimum illum pretuleras, ut ad gloriosum Apostolatus munus illum proveheres, sed nequissimo scelere optima Providentia tue consilia fessit. Generali vocationi non parum adjucceras, quippe sociam tibi optaveras, & gratis pecuniaribus eundem ornaveras. Effeceris illum et emolymorum tuarum, eam vide licet, quæ tibi ad alendum Apostolicum Collegium offerrebantur, promum cond. m. Tenet ad illas usque pedes in Cœnaculo abjeccas; & effeceris, ut intelligeret tibi aperium esse terrimum illud consilium, quod inerat, ut ejusdem horrorem eidem immitteres. Ilum amicum vocasti, cum execrabile tibi osculum fixit; Quis enim cor licet aneum tot Divinæ bonitatis illecebis voluisset resistere? Tamen hoc ingraviditatis, ac infidelitatis monstrum tot gratis absum est. Quis negare possit, iustissimum fuisse supplicium de canisice detestabili supplicium; qui supote ingenio libens, & volens in tantum scelus se precipitum dedit? *Ex Specimine Orationum Paueyricarum. Tomo 1.*

Jude, colpe sua incidit in reprobationem.

Sanctus August. ait ipsa etiam peccata Electorum non abhorere ab ordine prædestinationis eorum, & Deam ideo lapsum illorum permittere, ut inde bonum poenitentia illorum elicit. Magnæ quippe virtutes profunda innitunt humilitati; & sepe necesse est, ut confusio, quæ ex peccato oritur, nobis ingratum sensus humilitatis quos non habemus, si innoceniam semper fatam testam tueamur. Humilitas cum fit basis, & virtutum omnium fundamntum, sequitur necessarium eam simul esse argumentum ad alter certum prædestinationis Electorum, immo etiam electionis eorum ad sublimiorem apcem sanctitatis. Peccatum igitur, licet ex diametro oppositum charitati, quæ nos Deo conjungit, nostræ coneri Prædestinationi; consent autem per altissimam humilitatem ad quam nos adducit, ubi femel nostris injurias adit nus intueamur. In ipso Apostolorum Princeps aperitiam inveniam eorum, quæ dico, exolum. Permissit D-us, ut ille in totum rueret scelus, & magistrum, hominumque suum se nobis abnegaret; & negotiationi adderet jaramentum. Quod inde tamen? Apostolus ille revertens longe humilior factus est; humilitas vero in causa fuit, ut non solum supremum illum apicem mereretur, ad quam Dei Filius illam prorexit, verum etiam ut simul diceret, ut clementia cum fratribus suis, considerans humanæ nature fragilitatem, propter quam homo quilibet propria culpa rueret potest in interitum. *ibidem.*

Ipse etiam Electorum peccata Deum eorum sollicit prædestinationem.

Cum Deus fecit creaturas suas labi in nihilum, & ex eorum interitū alias efficiat, cum ad Regni solium evehit, qui squalebant in viculis, & dimittit super bos de fide, ut illos in servitium statim deiciat; hæludus est Providentiæ suæ. *Lectus in oho terrarum*, Sapientis inquit, cum vero ex hominibus, quos suo redemit sanguine, alios quendam eligit, alios autem reprobat; eosque, qui minor fortitū sunt talenta præferit, qui præstantioribus nitent, ut illis sublimiores committat provincias, & ad eminentiores dignitates attollat; hoc mysterium est Divinæ hujus Sapientiæ, ejus consilia tantum nostris excellentiora sunt, quantum cælum super terram attollitur, & ejus fines creati spiritui sunt in via. Ad hæc Divina Sapientia proficiscantur effectus adeo miri, ut univervum terrarum orbem profundo stupore defixum teneant. Ex hoc inaccessiblei Sanctæ Majestatis penetrali egrediuntur illi adeo terribiles justitiæ istus, qui momento omnes gigantes terra aufus profligant, qui non ferenda superbia tumentes minitabantur in Cælum ascendere, & super impositis montibus scalarum infat vi cœlesti accipi potiri. *Ex Specimine Orationum Paueyricarum. Tomo 1.*

Divina justitiæ secretum nequaquam; non tamen deo minora facti nostræ invisibilis debentur.

Charitas distingues Dei Filios a filiis Dæmonum; et est prædestinationis.

Joan. 1.

Charitas, quæ proximum nostrum prosequimur, non solum certissimum, atque aptissimum est nostri erga Deum amoris indicium, verum etiam est solidissimum nostræ prædestinationis argumentum. Charitas, Sanctus Joannes inquit, distinguit Sathane filios, hoc est reprobos a filiis Dei, hoc est a prædestinatis. *In hoc manifesto sunt filii Dei, & filii Diaboli.* Charitas hæc erga proximum, dicit dilectus Apostolus, certissimum est indicium illius, quæ diligimus Deum, & apertissimum nostræ prædestinationis caracter; e contra vero charitatis defectus non dubium est indicium reprobationis. Cum minime valeamus satis testari nostri

nostri erga Salvatorem grati animi sensus eos honores adhibendo, qui ad ipsum potissimum dirigantur, quoniam bonis nostris non indiget; hæc nobis saltem est consolatio, quod illi in persona fratrum nostrorum gratificamur, qui æque & illius fratres, atque membra sunt; atque ita testatur, sibi ea, quæ illis bona

conferimus, adeo esse jucunda, & accepta, ac si hæc illi faceremus; eorumque fidelissimam habet rationem, nos ex hoc ipso tempore describens pro minimis rebus in numero electorum; quæ meras profecto digna est Domino adeo magnifico, & liberali. *Spiritus Christianissimi P. Nepom.*

# PRÆSENTIA DEI.

PRAXIS PRÆSENTIÆ DEI, EFFECTUS QUOS IN ANIMA GIGNIT, &c.

## MONITUM.



**L**icet collectio hæc, non sicut ac in concione de presentia Dei, separari minime potest immensitas superni hujus Enis, quod ubique est, & in omnibus omnibus reperitur. Verum si opera pretium non fuerit hæc de re justus verba facere, saltem supponenda est, tanquam fundamentum earum rerum, quæ sunt tractandæ; sed ex cogitatione, & consideratione a Christianis faciendâ de Deo, qui per essentiam, potentiam, ac visionem suam profuso est, valida hauriri possunt argumenta idem mensendi, amandi, celendi, verbo, omnia eorum eodem agendi.

Nemo potest ambigere, verum hoc argumentum utilissimum sit, & ad formandos mores pertinens; & quoniam continet generalem bene vivendi rationem, quæ in pluribus aliis etiam argumentis occurrit, optandum est, hoc sæpius, præsertim vero de suggestu prædicatari, quomadmódum ab Asceticis fieri consuevit. Pauca sunt, quæ latorem eloquentia campum aperiant; pauca, ubi de subtilioribus agi possit: quandoquidem hic omnes Dei perfectiones concurrunt, illa etiam, quæ apertissima sunt ad seu peccatorum, seu bonorum hominum mentes, animosque perveniendos.

Cæterum argumentum hoc nequaquam adeo arctis finibus continetur, neque adeo sterile est, ut primo statim intuitu videri possit; omnia scere morum disciplina hic locum habere præstet, ferique possunt inductiones omnium sanctorum, & conditioem, omniumque omnium vite. Pauca sunt argumenta, in quibus Biblia, Patres, Theologi, Ascetice nobis nobiliores suppeditent sensus, ideoque concionatori locum tribuant majores motus excitandi.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum hujus Argumenti Structura.



**P**rimum, quæ sese utro offerat hoc in argumento, concionis idea est ostendere præxim Divinæ presentie tissimam, efficacissimamque viam esse, per quam in Christiana religione pervenire valeamus ad vitam sanctitatem, & ad perfectionem, quam nos docet, nobisque præscribit. Ut hoc nobis persuasum sit, tanquam certa, ac indubitata veritas, supponendum est, sanctitatem, atque perfectionem, ad quam omnis Christianus contendere debet, tribus in rebus consistere.

1. In peccati fuga: 2. in praxi virtutum, ac in status nostri numeribus obandis: 3. in unionem cum Deo per ardentem charitatem, integramque cultu ejusdem devotionem. Deinde ostendendum est in totidem partibus, Divinæ presentie cogitationem validum esse subsidium ad tria hæc observanda cum ea perfectione, quæ maxima fieri potest.

Pars prima. Quod præstat ad peccati fugam. 1. Hæc veritas est ex solo rationis lumine comperta, utque ipsis etiam Ethnicis explorata, quandoquidem illorum Philosophi eam attulerunt per fundamentum, ac primo discipline moralis assitio, uti videtur est ex pluribus, isque admirabilibus Senecæ locis, qui hæc in re, uti Christianum docet, locutus est. 2. Invidie est omnium Patrum sententias adferre, ut hæc probetur veritas, quam Spiritus Sanctus passim docuit in Scripturis; ita ut Prophete nullum aptius, ac vehementius frequentant inveniunt ad peccatorum compescendam insolentiam, quam illos ammonere, ipsos a Deo videri, & vindicæ cullos respicere, necnon illum nequaquam passurum impune abire eum, qui eorum ipse peccaverit; atque ne credant se illius astutissimum colorum aciem fallere posse, hanc secretissimas etiam eorum intentiones scrutari, atque in corde ipsorum omnes illorum cogitationes tanquam in tabula descriptas perlegere. 3. quotidiana docet experientia satis esse principis abicitis viri, magnitudo est, vel illius, qui vel dignitate, vel auctoritate gravis est, presentiam ad fuentis cupiditatis impetum frangendum; necnon unum sufficere testem, ne in ipso affectus estu crimen aliquod perpetratur. Quid igitur Dei presentia non obtinet, fataliter facit in mente peccatoris impempha? Hinc inferri cum Prophetis potest omnium malorum, ac scelerum, quæ in mundo committuntur, originem inde existere, quod homines sibi Deum nequaquam proponunt presentem.

Pars altera. Cogitatio Dei ubique presentis, atque omnium actionum nostrarum telis nos ad omnium Christianarum virtutum exercitationem impellit. Hoc ipse Regius Propheta testatur Psal. 118. *Servavi mandata tua, & testimonia tua, quia omnes via mee in conspectu tuo.* 1. Si enim regis, vel imperatoris adfectus milites ad strenua prælianda excitat, eisque animos addit, ut in certamine virtus ipsorum effulgeat, quid non efficiat Dei viventis presentia, oculos in nos semper figentis, ut ipse testatur Psal. 116. *Firmabo super te oculos meos:* ac prætere nobiscum agentis, atque agentis vim, & facultatem consentientis? Si hanc cogitationem sæpe actu conciperemus, quæ diligentia, quæ fide omnibus seu religionis, seu filia nostri periremur officis? Quinam esset in precibus fervor nobis cum Deo presente, & audiente loquentibus? Quæ puritas intentionis in omnibus ceptis, consiliisque nostris? quæ circumspectio in omnibus verbis, gelibus, & actionibus? Ubi licet per præcipua vita munera, & actiones discutere: 2. & deinde ostendere Dei presentis cogitationem effecturam, ut majori, qua fieri possit, perfectione omnia munera nostra obeamus; 3. concludere, hæc Dei presentis cogitationem efficiat, ut omnes Sancti maxima quaque aggrederentur; eamque nos excitare debere ad omnia bona opera suscipienda, quorum Deus testis erit, & pro quibus æternam præmiâ concedet: hæc est, quæ nos inflammare debet ad omnes difficultates superandas, & quodlibet aggrediendum pro Domino, qui videt non solum operam, quæ sibi præstat, verum eam etiam, quam illi prætere cuperemus, & quidquid propter amorem ipsius vellemus efficere.

Pars tertia. Christiani perfectio tandem consistit, vel potius perficitur per unionem cum Deo, quom aliam in hac vita cum eodem habere postumus actionem. Hæc autem unio fit per vivam fidem, charitatem ardentem, & conscientiam sensuam, voluntatum, cogitationum, & affectuum. Quis non videt cogitationem Dei, qui nos suo fudo dignatur amore, & qui patitur se a nobis tanquam fidelissimum amicum haberi; quis non videt, inquam, cogitationem hanc nos posse cum eodem conjungere? Absentia, quæ amicos separat, sepe etiam eorum amorem imminuit, & extinguit, sed Deus nonquam recessit a nobis, singulis momentis presentia illius frui possimus: verbo, ejus essentia, adfectus, operatio, per quæ necessario nobis

nobis est præsens, possunt veluti totidem nexu in nobis cordis, affectionis, & voluntatis unionem producere &c.

II.

1. Nescit homines ideo sudacter in vetum ruunt, quia nunquam Deum sibi præsentem esse considerant. 2. Bona non aliud magis validum habent subsidium, ut in bono perseverent, ut suam tueantur innocentiam, & ut in virtute proficiant, quam frequentem Divinam præsentem cogitationem.

III.

1. Deus non solum adest, sed inest etiam nobis, & jugiter de nobis cogitat. Ab illo essentiam, vitam, & quicquid boni habemus, recipimus, atque non ferendo ingrati animi vitio vel ab illo per scelera nostra recedimus, vel per noxiam oblivionem de illo ne cogitamus quidem. 2. Nobis præsens est per actionem faciens nobiscum, quicquid facimus, & peccantes non solum contra illum agimus, sed cogimus etiam, ut agat contra se vitios efficiences, ut nostris inserviat iniquitatibus, quemadmodum ipse per Prophetam conqueritur.

IV.

Bonum, & fructus, quem ex Dei præsentia recipimus. Hæc nobis inspirabit metum, ne illum offendamus; dolorem, quod coram illo, sub oculis ejus, & in ipso ejusdem loca peccavimus, desiderium, quo illi fidelissime impostorem adhaerere cupimus; hæc nos ad virtutum omnium exercitiam impellet, hæc nos excelsit ad evitandas difficultates, quæ in virtutis exercitiatione occurrunt &c. a. Mala, quæ accidunt cogitationem Divinæ præsentia amittentibus. Simul metum judiciorum Dei amittunt, in omnia flagitiorum genera proruant, ac deinde in deplorabilem decidunt calamitatem, quæ Deum cogit, ut ab illis recedat, idque eo longius, quo ipsi per flagitia sua ab eodem recedunt, se tandem efficit Deus, ut illi præsentiam ipsius sentiant per illud supplicium, quod in eos exercet, eo quod ex beneficiis ipsius præsentiam ejusdem agnoscere detestaverunt.

V.

1. Dei præsentia fons est luminis, quod nos de omnibus officiis nostris erudit, quod nos totum in vitam virtutis adducit, ac prohibet ne erremus, ita ut non esset opus aliis præceptis, atque mandatis. Ambula coram me, & ista præsentia. 2. Fons est gaudii, & consolationis, quæ efficit, ut Domini jugum nobis leve, ac suave videatur, & quæ inter eas difficultates, sine quibus virtus esse non potest, nos animat, & inflammat.

VI.

1. Dei præsentia peccatum proscribit, & pertinacissimum quemlibet ab eo patrandu deterreret, si mortales per nequitiam oculos, & cogitationem minime averterent. 2. Illa tuetur animæ innocentiam, atque integritatem metu offendendi Deum, qui videt nos, atque omnium actionum nostrarum est testis. 3. Illa sedat affectionum nostrarum tumultum, earumque vehementissimos impetus reprimat, atque coercent. Pater Terentius in Dominicis, sermo pro feria Adventus Dominice.

VII.

Causa cæcitatè pleborumque mortalium ex duribus sanclis ortu principis, quibus pro virili in duplici horis concionis parte mereri contendam. Primum est, a nobis nunquam respici Deum tanquam præsentem nobis, & nos quoque in loco simul videntem. Vitam, ut ita dicam, oculis Dei obijcimus rati illum de actionibus nostris non esse sollicitum. Secundum, fere nunquam cogitamus nos esse præsentem Deo, videlicet, nunquam illum respicimus, & nunquam ab illo respici exultamus, atque oculis nostris vitam alligamus, ne illius præsentiam consideremus. Vivat in separato volumine aliquot continens sermones in nonnullis anni Dominicis.

VIII.

1. Deus medius est inter nos tanquam amantissimus pater, qui nos protegit, qui nos consolatur, atque confirmat &c. 2. Deus medius est inter nos tanquam terribilis iudex nos, si gratis ipsius abusi fuerimus, puniurus. Quodam timoris, atque formidinis argumentum! Dei quatenus patris, Dei quatenus iudicis præsentia. Hoc insignis documenti argumentum est. Specimen sermonum pro feria tertia post tertiam Quadragesimam Dominicam.

IX.

1. Obligatio, quia tenemus vacare præxi Divinæ præsentia, primum erit concionis punctum. 2. Modi ubique servandi præsentiam Dei erit alterum. Rationes, quæ ad id nos cogunt, ostendunt nos hoc debere. Regula, quæ tradam, nos hoc facere posse ostendunt. Ex tom. 4. Operum Asceticorum. P. Le Valois.

X.

Quidquid spectat ad artem hanc adeo sanctam, & utilem, ad tria puncta, quæ triplicem concionis partem efficere poterant, redigi posse mihi videntur. Prima mihi est scire, quot modis anima fe ipsam coram Deo possit statuere. Alteram est, quis modus, vel quæ methodus nos

peculiariter deceat: non enim omnes ad singulos pertinet.

XI.

Tertium, quibus modis uti possimus methodum hanc sepe revocatur, ut illum nobis familiariter reddamus. Idem in secunda Exhortatione hujus Agermi.

Deus creaturis omnibus præsens adest triplici modo quem ignorat nemo; per essentiam, vel immanentiam; per potentiam omnia conservans entia, & ad omnes eorum actiones concurrens; per præsentiam, vel ad spectum videns, quicquid accidit in mundo. At fortasse non entes sciunt, vel non considerant, nobis aliquas efficiendas esse animadversiones in singulas hæc præsentias, de quibus satis omnibus persuasum est.

XII.

1. Deus ubique præsens est per immanentiam, & instantiam essentie sue diffusionem. Animadversio: ergo in sna Dei peccator sua scelera patrat. Principis leges violare quæquaque in loco ditiosis ejusdem scelus est; aut eam violare coram illo, & sub oculis ejus insolentia est, & contumelia feverissimis peccatis credenda. 2. Deus ubique præsens est per potentiam, agit omnibus nostris cogitationibus, desideris, actionibus etiam acquiescentibus concurrere. Animadversio: igitur illius acerbissimè potentia, ut peccantes ipsum laedamus. 3. Deus ubique est per præsentiam, hoc est conspectum suum. Animadversio: igitur ubique testem habemus, & iudicem, quem evitare non possumus, & qui nos impunes abire non sinat.

2. Validissimum frantum est ad peccatorum nequitiam coercedam; & cum peccator ab illa mentem avertunt, vel cogitatio hæc satis petens non est ad eorum impotentiam coblandam, manifestum est argumentum illos in profunda cæcitate versari. 2. Validissima ratio est, quæ iustum ad bona opera impellat, eumque excitat ad quælibet pro Dei cultu aggende.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, auctoresque, unde hauriri copia potest ad præsentiam concionum struendas.

Sanctus Augustinus in soliloquiis cap. 14. fustus loquitur de præsentia Dei, ubi inter cætera dicit, Deum ita intendit esse, ut eujuslibet fugitiam opera intueatur, quasi unus hic esset in mundo. Idem in Psalm. 93. in ea verba: Dixerunt, non vident Dominum, nec intelligit Deus Jacob, ait peccatorum pertinaciam inde proficisci, quis fe a Deo videri non considerant.

Sanctus Ambrosius lib. 1. Offic. c. 14. Scripturæ testimonii ostendit, videre Deum, quicquid in mundo fit, & secretissimas etiam cogitationes, abditissimasque intentiones nostras rimari.

Idem hoc ipsum ostendit. Officior. 1. super Ps. 118. Sanctus Hieronymus lib. 15. in cap. 55. Istis in hæc verba, quærit Dominum dum inveniri potest, docet quomodo Deus sit prope nos, & nos prope illum.

Idem Epist. ad Cyprian. explicat Psalm. 89. ubi fufus de præsentia Dei verba sunt. Idem lib. 9. in cap. 29. Istis de eodem late disticit argumento, & lib. 3. in cap. 9. Ezechiel. Idem lib. 4. in cap. 46. ejusdem Propheta, & in c. 5. Proverbiorum.

Sanctus Gregorius lib. 19. Moral. c. 3. refellit impios dicentes, vel opinantes hominum facta a Deo non videri. Idem lib. 25. Moral. c. 4. hæc explicans verba Job 34. Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondatur tibi, qui operatur iniquitates, docet, quocumque in loco sumus, nunquam ex Dei præsentia elabi nos posse.

Idem lib. 21. eorumdem Moral. hoc ipsum ostendit in hæc verba: Nonne ipse considerat vitas meas &c. Idem lib. 9. Moral. cap. 34. loquitur de criminibus, in quæ labuntur, qui cogitationem Divinam amittunt præsentia.

Sanctus Basilus in regul. lev. interrog. 7. Dei aspectum comparat principis, & domini præsentia, coram quibus nemo audeat quicquid mali operari. Idem in respons. interrog. 5. docet, ut Deo omnes cordis nostri cogitationes videntur non eas tantum, quæ prave, sed etiam quæ innocentes sunt, esse amovendas. Idem interrog. 21. quærit causas evagationum mentis nostræ, cum intime Deum habeamus præsentem, qui illas intuetur.

Idem lib. de vera virginitate docet, quam circumspecti esse debeamus in cogitationibus, atque desideris nostris coram Deo, qui videt illa, & quem nihil fallit. Idem

Idem in quodam regularum loco ostendit Dei præsentiam debere impetus nostrorum cohibere, & omnes incompositas cordis nostris affectionem conficere. Sanctus Bernardus sermo. 56. in Cant. hæc explicans verba: En ipse sit ius preciorum nostrorum, docet quomodo Deus sit præsens, & quem affectum hæc præsentia producat.

Asteriscus

Gnanentis in tractatu de oratione, & meditatione cap. 2. §. 4. loquitur de jugi memoria, quam habere debemus de Deo.

Idem in memorialis cap. 1. §. 10. cap. 4. §. 9. lib. 6. cap. 3. §. 1. loquitur de præsentia Dei, de fructu, qui inde percipi potest, & de effectibus, quos producat. Rodriquez tom. 1. de Christiana perfectione præxi, tractatu 6. Tractatus hic plura continet capita, & complectitur, quicquid hoc in argumento magis solidum, ac moribus utile dici potest.

Jacobus Alvarez de Paz tom. 3. lib. 3. de perfecta contemplatione apper. cap. 2. præ omnibus fatis hoc argumentum prætractavit, ac illud duobus capitibus comprehendit.

P. Gauder lib. de perfectionis natura, & causis sect. 9. prolixum habet hujus argumenti tractatum. Joannes de Angeli Argente alium ejusdem edidit argumenti.

Rodericus de Solis Hispanice, lib. de arte serviendi Dei part. 2. a. c. 8. ad finem tractatus.

Lessius in Opusculis agit de immanentia Dei; & P. Mauorps de eadem re loquitur in sermonibus de perfectionibus Dei, sermone 2. P. Suffren in tom. 1. Anni Christiani cap. 3. ubi loquitur de bonis, quæ ex Dei præsentia percipiuntur, in articulis quatuor in plures paragraphos subdividit. Cardinalis de Richelieu in libro de perfectione Christiani cap. 8. egregie hoc prætractavit argumentum.

P. de Argentano Capuccinus in collationibus suis de magnalibus Dei collatione 13. fufe de hæc re loquitur. In libro, qui titulus: Christianus interior, loquitur de felicitate, quæ in hac etiam vita sumatur per Dei præsentiam.

P. Ludovicus a Ponte in Duce spiritali tom. 1. c. 5. loquitur de pluribus modis sese coram Deo statuendi, fufe quæcumque ab ipso dicuntur, referuntur ad orationem, quod generale est libri illius argumentum.

Hortus Pastorum tract. 2. lect. 1. agit de immanentia Dei ubique præsentis.

Franciscus Arias in præxi. spir. part. 2. tract. 2. P. Nepveu in Christianis considerationibus tom. 2. pro die 26. Maji. & tom. 3. pro die 28. Sept.

Eusebius Nierenbergius in Homiliis Catenatis homil. 66. §. 2. 3. & 4.

P. S. Jure lib. 3. de cognitione, & amore Domini nostri cap. 7. fufe hoc tractat argumentum in sex sectionibus libri in folio.

P. Guillore lib. 3. Operum asceticorum instructionem habet de præsentia Dei.

Pean tom. 3. Spirituum discursuum, discursu 4. In ipseimine sermonum pro Quadragesima, sermo pro feria 3. hebdomadæ c. 3. est de præsentia Dei.

Biraot in separato volumine aliquot anni Dominicæ continentæ, sermonem habet hujus argumenti pro tertia Adventus Dominicæ.

P. Texer in Dominicis tom. 1. in Evangelium Dominicæ 3. Adventus.

P. Daneau in Adventa sermone pro Dom. 3. plura habet de immanentia, & præsentia Dei.

P. Le Valois tom. 4. operum asceticorum tres habet deinceps exhortationes hujus argumenti.

Auctor sermonum in omnia Ethicæ Christianiæ argumenta tom. 3. sermonum particularium, & junctorum. Summa prædicatorum. Titulo præsentia.

Labatha ) Titul. præsentia, & immanitas Dei. Loher ) Drexellius ) Engelgrave in Dominica Pentecostes.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exemplæ, & Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Homo videt ea quæ parent, Deus autem intuetur. Cor. 1. Reg. c. 16.

Oculi Domini circumspiciunt universam terram, & præbens fertilitatem eis, quæ cordis perfectio creantur in eum.

Paralip. c. 16.

Observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Jobi 13.

Iste enim fuit mundi intuetor, & omnia, quæ sub celo sunt, idem, c. 28.

Scio, quia omnia potes, & nulla te lateo cogitatio. Id. cap. 43.

Scrutans corda, & renes Deus. Pl. 7.

De celo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum. Pl. 34.

Relinxi iniquitates nostras in conspectu tuo, factulum nostrum in illuminatione vultus tui. Pl. 87.

Providiam Dominum in conspectum semper, quoniam a dextera est mihi, ne commovear. Pl. 15.

Magnus Dominus, & magnitudinis ejus non est finis. Pl. 144.

Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum ades. Si sumptero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris: etiam illic manus tua deducet me, & tenetis me dextera tua. Pl. 138.

Tenebra non obscurabuntur a te, & lux non sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus, ita & lux ejus. Ibidem.

In omni loco oculi Domini circumspiciunt bonos & malos. Prov. 15.

Omnes vias hominis patens oculis ejus. Prov. 16.

Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super scientes, & circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssus, & hominum corda insuenter in absconditis patris. Eccl. 23.

Væ qui profundi estis corde, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: quis videt nos, & quis novit nos? Hæc 29.

Opera omnia carnis coram illo, & non est quiquam absconditum ab oculis ejus. Eccl. 39.

Caelum & terram ego impleo. Jerem. 23.

Iniquitas domus Israel magna est nimis valde: dicebant enim: Dominus non videt. Ezech. c. 9.

Melius est mihi incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Dei. Dan. 13.

Quare contempsisti verbum Domini, ut faceres malam hoc in conspectu ejus in medio eorum. Ezech. 22.

Coinquinabar in medio eorum. Ezech. 22.

Nulla est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus. Ad Hebr. 4.

Medius vestrum stetit, quem vos respiciis. Joann. 1.

Non longe est ab antiquoque nostrum: in ipse enim vivimus, movemur, & sumus. Act. 17.

Fide Moyses invisibilis tanquam videns sustinuit. Ad Hebr. 11.

Pater, peccavi in caelum, & coram te. Luc. 15.

Sicut coram Domino semper. 1. Reg. c. 10.

Servavi mandata tua, & testimonia tua: quia omnia via mea in conspectu tuo. Pl. 118.

Veteris, Novique Testamenti Exempla

EX omnibus iustis, qui diluvium præcesserunt, affirmare possumus neminem fuisse, quam Henoch, celeberrimum. De hoc Sanctus Augustinus ait, post Abel ipsum præ cæteris, qui ante Noe vixerunt, fuisse insignissimum. Sed omnis virtus illius unico nobis verbo indigitatur, cum inquit Scriptura Gen. 5. ipsum coram Deo ambulasse: Ambulavit cum Deo. Hoc est exemplum, quod ipsa facit, hominis, ejus adeo ampliata sanctitas fuit, & qui præter Eliam unus est, quem Deus dignum censuerit, qui minime moreretur. Ambulavit coram Deo eo modo, quo Michaelas Propheta nos facere hortatur, hoc est cum vigilantia amoris, cum metu, & obsequio, quod causa fuit, ut in singularia momenta consideraret Deum tanquam vitæ testem, ac iudicem, tanquam dominum cordis sui, principium omnium actionum suarum, omniumque votorum finem. Ita hæc una locutio, quod videlicet ambulaverit coram Deo, ostendit nobis quantum in re Sanctum hunc virum imitari debeamus: hoc enim est singularis momenti Dei voluntatem consulere, sese illi in minimis etiam actionibus conformare, ut nihil fiat, quod illi possit displicere. Felix exitus illi Adam, si de illo dici potuisset, quod dicitur est de Henoch, quod scilicet ambulaverit coram Deo; neque enim tam misere fuisset lapsus, ab iniquo serpente verba sibi dari sinens. Non igitur mirandum est, si in præmium virtutis Henoch Scriptura hoc illi perhibet testimonium: Placuit Deo: quod nos docet, non posse nos placere Deo, nisi propt magis coram illo ambulare studeamus, ne quidquam faciamus, quod illi possit displicere.

Cum voluit Deus ad perfectionis apicem attollere Abraham Patriarcham, eumque hominibus tanquam sanctitatis exemplar proponere, satis illi fuit dicere, ambula coram me, neque præsentia mee memoriam unquam dimiseris. Abraham non erat solitarius aliquis in quodam specu conclusus, & habitans in desertis;

Exemplum Henoch.

Exemplum Abrahæ.



